



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Principia Juris Canonici : Ex Libro ... Decretalium Gregorii
IX. Pontificis M / Antehac In Alma & Archi-Episcopali
Benedictina Universitate Salisburgensi**

König, Robert

Salisburgi, 1725

VD18 80460518

Approbatio S. Facultatis Theologicæ Ad Librum II. Decretalium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61781](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61781)

APPROBATIO S. FACULTATIS THEOLOGICÆ

Ad Librum II. Decretalium.

Pincipia hæc Juris Canonici in II. Lib. Decret. nullus inoffenso pede non decurret, cum orthodoxæ Veritati, ac Christianæ Probitati per omnia consonent. Multiplici Eruditione facunda solidam omninò Doctrinam continent; intricatissimas Jurium controversias, quæ non sine magno ardore agitantur, eximia cum dexteritate dirimunt, gratissima claritate illustrent, suaviter occupant lectoris animum, nec dubium, quin literariæ Reipublicæ magnam adferent lucem, & utilitatem; digna hinc, ut sicut omnium oculis, ita & præli sudoribus committantur. ita censet.

P. MAURUS LIECHTENHAIMB,
Ord. S. Bened. Lib. & exempti Monasterii ad S. Lambertum Professor, SS. Theol. Doctor & Professor Ordinarius, p. t. Decanus.

APPROBATIO FACULTATIS JURIDICÆ

Ad Lib. II. Decretalium.

IN parte hæc secundâ Principia Juris Canonici, in scientificum ordinem redacta, pulcherrimâ methodo proponuntur, ac omnes tituli per causas tam accurratè, tamque ordinatè traduntur, ut media cum primis, ultima cum mediis, concatenata serie cohæreant, Dignissimus proinde Liber, qui deterfa præli fuligine in lucem fumet, ac tum famam clarissimi Dñi Authoris, tum nomen Prænobilis, ac Doctissimæ Domini Defendentis æternitati transcribat. Ita censet.

JOSEPHUS BERNARDUS GLETLE,
U. J. D. Celsissimi, & Reverendissimi Principis, & Archi-Episcopi Salisburgensis Consiliarius, Codicis, & Juris Publici Professor Ordinarius, ac p. t. Decanus.